Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



LI PSIS

dus. Vtinam frigidus esses aut ca
lidus. Sed quoniam tepidus es et
nec frigidus nec calidus incipiam
te euomere ex ore meo. Quia dicis
quod dives sum et locupletatus et
nullius egeo. et nescis quia tu es
miser et miserabilis. et pauper et ce
cus. et nudus. Iniur suadeo tibi e
mere a me aurum ignitum et pro
batum. ut locuples fias. et vestimen
tis albis induaris. et ne appareat
confusio nuditatis tue. et collirio
inunge oculos tuos ut videas.
Ego quos amo arguo. et castigo.
Emulare ergo et penitentiam age
Ecce sto ad hos tium pulso. Si
quis audierit vocem meam
et aperuerit ianuam introibo ad
illum. et cenabo cum illo et ipse me
cum. Qui vicerit dabo ei sedere
in throno meo. sicut et ego vici et se
di cum patre meo in throno eius.
Qui hi aures audiat quid spiritus
dicat ecclesiis. III

Post hec vidi. et ecce hosti
um apertum in celo. Et vox
prima qm audivi tamqm
tube loquentis mecum dicens. Ac
cende huc et ostendam tibi oportet
fieri post hec. Et statim fui in spi
ritu. et ecce sedes posita erat in celo
et super sedem sedens. Et qui se
debat similis erat aspectu lapi
dis iaspidis et sardini. Et iris erat
in circuitu sedis similis visioni
smaragdine. Et vidi circuitu
sedis. sedilia. xx. quatuor. et super
thronos. xx. quatuor. seniores. se
dentes circumamictos vestimen
tis albis. et in capitibus eorum co
ronas aureas. Et de throno proce
dunt fulgura et voces et tonitrua
Et septem lampades ardentes ante
thronum qui sunt. vii. spiritus dei.
Et in conspectu sedis tamqm mare
vitreum similе crystallo. Et in me
dio sedis et circuitu sedis. quatuor
animalia plena oculis ante et retro.
Et animal primum similе leoni. Et
secundum animal similе vitulo. Et
tertium animal habens faciem qsi
hominis. Et quartum animal sicut
aquile volanti. Et quatuor anima
lia singula eorum habebant alas
senas. et circuitu et intus sunt ple
na oculis. Et requiem non habebat
die ac nocte dicentia. Sanctus sanc
tus. sanctus. Dominus deus omni
potens. qui erat. et qui est. et qui ve
nturus est. Et cum darent illa qua
tuor animalia gloriam et honorem
et benedictionem sedenti super thro
num viventi in secula seculorum
procidebant. xx. quatuor seniores ante sedentem in throno. et
adorabant viventem in secula
seculorum. Et mittebant coronas
suas ante thronum dicentes. Dig
nus es domine deus noster. acci
pere gloriam et honorem et virtu
tem. quia tu creasti omnia et pro
voluntatem tuam erant et creata sunt.
Et vidi. V
in dextera sedentis super